Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8249
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nerit sollempnissime celebretur. cum
omni cantu. ad idem pertinente. ex
cepta sequentia et alleluia. pro quibus canta
bitur tract(us). Qui confidunt in.
Te deum laud(amus). et Gloria in excelsis. et
Credo in unum. et Ite missa est non o
mittimus. De dom(inica) lxx(ma)me.
In lxx(ma) ad vesperam nulla mentio
nem de alleluia facimus. quia ad nonam
terminavimus. Ad vesp. a(ntiphona) Benedictus
cum rel(iquis). Cap(itulum). Benedictus deus et pater
R. Formavit igitur. V. Dies absolu
ti. V. Vespertina oratio. In ev.
iiii. a. Plantaverat autem dominus. Ad
compl. y(mnus). Ihesu redemptor seculi. quod in
hyst(oria) Domine ne in ira est incipiendus
et usque ad xlam cantandus. In ev.
iiii. a. Pacem tuam. Hec ant(iphona) in omnibus
dominicis noctibus. et festis maioribus
est dicenda. Invit. Adoremus
dominum qui fecit nos. Ps. Venite.
Ymni cum nocturnalibus antiphonis
et psalmis uti hystoria. Domine ne
in ira continet cantentur.
In lxx(ma) romani eptaticum incipi
unt. Unde et Alexander papa sedis consti
tuit. ut et resp. de eadem hysto
ria in eadem dominica incipiantur. que
et in sequenti dominica repetuntur.
Alleluia autem in sabbato ad vesperam
iussit dimitti.

Septuagesima videtur dici pos
se propter lxx dies qui sunt ab ipso
die ad sabbatum ante octavam pa
sche. quo die alba tollunt vesti
menta a nuper baptyzatis. Septu
agesima vero ut predictum est computa
tur secundum titulationem sacramenta
rii et antiphonarii. Novem ebdo
madibus ante pascha in vii.
sabbati populus dei in babylonem
ductus est captivus lxx annis.
Quibus expletis reversus est ierusalem.
Ideo auctor officii nostri lxx am.
posuit in officiis nostris. ut hoc
tempore a deliciis abstinendo
ostenderemus in nostra conversatione qua
liter per omne tempus seculi vivere de
beat. quia post baptismum peccisse
alienant a celesti ierusalem. Qua
propter alleluia illo tempore non canta
tur a nobis. sed tract(us). et lucet nec
Gloria in excelsis deo. que sunt can
tica celestia.